EUSEBIUS CAESARIENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 89r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26122
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ce ipse haberi uiros dū taxat in scientia et eruditione probatis
simos. Huius ergo officii uelud auctor quidā et dux uir de quo sup
diximus satis illustris habebatur. quippe qui etiā in phylosophis prius
qui stoyci appellantur nobiliter claruisset. cuius tantū studii erga
uerbū dei et tantū amoris fuisse traditur. ut etiā ad predicandū
ex euglium omnibus gentibus que in orientis ultimis secessibus
recēduntur fidei et deuocionis calore perfectus sit. et usque ad in
diam citeriorē uerbū dei predicando peruenerit. Erant enim
adhuc in illis temporibus et euglie non nulli. qui ad imitationē
sanctorum apostolorum in diuersis orbis partibus oberrantes. per gratiam dei
et animi sui uirtutē uerbū dei et fidem xpi ignorantibus quibusque
gentibus inferebant. In quibus precipuus et illustris pantenus
habebatur. quē ferunt cū ad indos peruenisset. reperisse quod
Bartholomeus apostolus apud eos fidei semina prima condiderit. et
mathei euglium hebreis scriptū litteris dereliquerit. quod per idem
tempus supradictus pantenus in ibi repertum detulerit.
Sed et in multis preterea aliis doctrine ecclesiastice studiis apud
alexandriā claram satis et nobilem uitā optimo et admi
rabili fine conclusit. tam uiua uoce discipulos instruens.
quā et librorum monumentis etiā posteris thesauros scien
tie derelinquens. Capitulum xi.

In huius diuinarum eruditionum scolis quā maxime efflo
ruit apud alexandriā clemens. eodē uocabulo quo et ille
in urbe roma apostolorum et successor et discipulus uocitatus.
Denique ipse hic clemens in .vii. dispositionum libro pan
teni tamquā magistri et preceptoris sui mentionē facit.